

Ia

(Papst Johannes XXII.) überträgt Ludolf von Salina die Propstei der Kirche (Heiligkreuz) in Nordhausen, nachdem Albrecht von Sachsen auf sie Verzicht geleistet hat.

Avignon, 1318 September 5.

Überlieferung: *Archivio Segreto Vaticano*, Reg. Av. 11 fol. 148^v (= A); Reg. Vat. 69 fol. 45^v ep. 133 (= V).

Regest: Riezler, *Vatikanische Akten* S. 74 Nr. 122; Reg. Joh. XXII, Mollat 8393.

Dilecto filio Ludolfo de Salina, preposito ecclesie in^a Northusen^a, Maguntine diocesis^b, salutem et^c apostolicam benedictionem^c. Litterarum scientia, morum decor et alia tuarum dona virtutum, quibus personam tuam iuvari percipimus, nos inducunt, ut te apostolice provisionis gratia prosequamur. Cum itaque prepositura ecclesie in Northusen, cui cura imminet animarum, Maguntine diocesis, quam dilectus filius Albertus, frater dilecti filii nobilis viri . . ducis Saxonie¹, olim tenuisse dignoscitur quamque, quatenus de facto idem Albertus possessioni eius incumbere noscebatur, libere in nostris manibus duxerit dimittendam, tanto tempore vacavisse noscatur, quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii² est ad sedem apostolicam legitime devoluta: nos volentes premissorum intuitu gratiam tibi facere specialem preposituram predictam sic vel alio quocumque modo vacantem cum omnibus iuribus et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate conferimus^d et de illa etiam providemus, decernentes prout est irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan est hactenus^e vel contigerit in posterum attemptari; non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus predictae ecclesie contrariis iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus, personatibus vel officiis speciales vel de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales nostras vel predecessorum nostrorum Romanorum pontificum aut legatorum dicte sedis litteras impetrarint, etiam si per eas

a-a) über der Zeile A.
A. e) actenus A.

b) dyocesis V.

c-c) fehlt V.

d) conferrimus

¹) Albrecht Bischof von Passau (1320–1342), Bruder Herzog Rudolfs I. von Sachsen-Wittenberg (1298–1356).

²) III. Conc. Lat. c. 8, Conc. Oec. Decr.³ S. 215 (= X 3.8.2, Friedberg 2 S. 488).